

apostolus *Patres nostri*, inquit, *omnes eandem escam spiritualem*^o *manduca-*
verunt et omnes eundem potum spiritualement^p *biberunt*⁴⁾. Nam alii per incre-
 30 dultatem patres sunt Iudeorum et hereticorum, alii per fidem patres aposto-
 lorum atque credentium. *Panis* ergo invisibilis, *qui de celo descendit*⁵⁾, vita
 est^q panis visibilis, qui de terra crevit, unus tamen^r panis est, quomodo^s qui
 de celo descendit et qui conceptus et natus est de utero virginis, Christus
 unus est.

R

35 Quapropter qui visibi-
 lem panem sacrificii
 comedit et invisibilem
 a corde suo non creden-
 do repellit^{s'},
 40 Christum occidit, quia
 vitam a vivificato se-
 iungit et dentibus suis
 mortuum laniat corpus
 sacrificii atque per hoc
 45 *reus est corporis et san-*
*guinis Domini*⁷⁾.

50

M O K G

Quapropter qui panem vite sacramentotenus come-
 dit et ipsam vitam a corde suo non credendo repel-
 lit, Christum quantum in ipso est occidit, quia vitam
 a pane vite horrendo sacrilegio seiungit, manducans
 panem Domini et non *panem* Dominum, quem si
 credendo et diligendo *manducaret, viveret in eter-*
*num*⁶⁾ factus illius corporis membrum, cuius et in^t
 specie visibili sacramentum, et^u invisibili virtute
 accepisset effectum. Nunc autem quia corpus Do-
 mini manducat et ipse corpus Domini^v vel in cor-
 pore Domini esse recusat, *reus est corporis et san-*
*guinis Domini*⁷⁾, parificatus in sacrilegio ipsis inter-
 fectoribus Christi, non *Christi* corpus mortificando,
 quod *ultra non moritur*⁸⁾, sed sibi vitam eiusdem
 corporis abnegando, quod licet vivat in se, non
 tamen vivificat manducantem indigne, ac per hoc
 tamquam vita sua privatum reputatur mortuis quasi
 mortuum.

M O K

G

55

Sic et sermo
 Dei

Sicut^w enim sol iste visibilis cum
 in seipso sit unus et idem, sanis
 tamen et claris oculis delectabilis,
 lippis vero est asper, dum illos
 illuminat, istos vero cruciat^w, sic
 et sermo Dei tam^x in sacramento
 quam in doctrina^x

o) spiritalem O K

p) spiritalem O K, salutare *R_{C1}*

q) so auch *R_C*, est et *R* bei Haacke

r) folgt est getilgt O

s) am Rand nachgetragen O

s') expellit *R* bei Haacke

t) in fehlt O K, über der Zeile nachgetragen G, in visibili specie M

u) et in O G

v) corpus domini ipse M

w-w) sicut — cruciat *Randnachtrag* in G

x-x) tam — doctrina *Randnachtrag* in G

4) I Cor. 10, 3 f.

5) Vgl. Ioh. 6, 51.

6) Vgl. Ioh. 6, 52.

7) Vgl. I Cor. 11, 27.

8) Vgl. Rom. 6, 9.